106 a: [Moyses dix. Anima omnis carnis sanguis
[est. ..... steht voll. nach bei Aug.
- . . . . dt Paschal. Arian.

Sed sinodus. Si qui habuerit primam uxorem
virginem ante baptismum. .. ...
. . . . (~ [illegible] ?)

Ir. Can. Augustinus. [illegible]
XLII, 29 Ad titum.
S. 9. ?

Aug. ad consulta orosii: humanitatem
vetrorsum tempora [illegible] a constitutione
mundi habere videantur sicut [illegible]. - ...

(106 a:) INCIPIT SERMO SCAE COLUMBE
rot. DE INCREPATIONE HUMANE VITAE.

O TU VITA HUMANA FRAGILIS ET MORTALIS
quantos decepisti · quantos seduxisti quantos
excecasti · quae dum fugis nihil es dum videris
umbra es. dum exaltaris fumus es. Quae cottidie
fugis & cottidie venis. Veniendo fugis · quis fugiendo
venis. dissimilis eventu. similis [illegible] ortu. Dissimilis
luxu. similis fluxu. Dulcis stultis. amara sapien-
tibus. Qui te amant. non te sciunt. Et qui te con-
temnunt. ipsi te intelligunt. Ergo non es vera sed fallax.
Te ostendis tamquam veracem te seducis quasi fallacem.
Quid ergo es humana vita? Via es mortalium sed non
vita. A peccato incipiens usque ad mortem. Vera enim
esses si te peccatum primae transgressionis humanae
non interrupisset. Et tunc cassabunda et mortalis
evenisti. Cum omnes tui violatores morte adsignasti.
Via ergo es ad vitam non vita. Vera enim es via: sed
non plana. Aliis longa. aliis brevis. Aliis lata. aliis
angusta. Aliis laeta. aliis tristis. Omnibus similiter
festinans et inrevocabilis via es. in qua via esset
omnibus manifesta es. Multi enim [illegible] te vident.
& pauci te viam esse intelligunt. Sic enim subtilis
es & sic seductrix. ut paucorum sit te scire viam.
Interroganda ergo es et non credenda. nec vendicanda.
transcurrenda non habitanda. misera humana vita.
Nullus enim in via habitat sed ambulat. ut qui ambu-
lant in via habitent in patria. Quare ergo tu mor-
talis vita habitaris. diligeris. vendicaris a stultis.
a peritis · contemneris a sensatis. caveris a salvan-
dis. Timenda itaque es humana vita et multum
cavenda. quae sic fugitiva es sic lubrica sic periculosa.
sic brevis. sic incerta. ut quasi umbra aut imago. aut
nubs. aut nihil. aut inane dissolveris. Dum
ergo nihil es O mortalis vita nisi via. aut imago
fugitiva aut inanis. aut nubs incerta & fragilis ut umbra.